

PHILIPPI SECVNDI HISPANIA-

rum Regis: sancitâ pace Cameracensi:
cusi Anno Christi

1559.



N comitiis Augustanis pax religioni data (cum de concilio Oecumenico & libero conveniri non posset) occasionem nonnullam potentissimis Gallia & Hispania Regibus dedisse putatur: ut & ipsi deponendis tandem armis firmâque pace sancienda cogitarent. Indictus eam ob causam congressus Samarobrigæ (alij Cameracensem arcem vocant) inque has condiciones conventum est: ut pacta inter Carolum & Franciscum Regis utriusque parentes

Madniti, atque illud inprimis, quod Valedoliti factum sit, serventur: pax firma ac concordia, qualem esse inter fratres decet, sincerè ac citra fraudem inter Reges coëat, quæ nihil habeat insidiarum sive externarum, sive domesticarum: Reges fidem suam interponant, seriò se, compositis civilium controversiarum motibus, operam duros: ut quamprimum Oecumenicum concilium ad Dei gloriam, & conscientiarum pacificationem celebretur: ab utraque parte præteritorum oblivio sanciat: oppida ac civitates octennio ab hinc utrinque captæ, invicem restituantur: Philippus arctioris amicitia firmandæ causa Elisabethum undecennem, grandior natu Regis filiam uxorem ducat: Margarita Henrici filia Sabaudonubar.